

Universitätsbibliothek Paderborn

Sylva Cogitationum Sacrarum Pro Cathedra Seu Conceptus Prædicabiles

Ex Præstantissimis Authoribus collecti ; Et In tres Classes divisi
Complectens Dies Festos Per Annum

Höger, Franz


Ingolstadij, 1726

VD18 90197097

Festum S. Matthæi Ap.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53072](#)

pe alijs; sic in die Natalitio occisus est
Sedecias à Nabuchodnosor, Joannes
ab Herode, Judas ab Antiocho, Pistor
à Pharaone, Hugo Card. super Gen. c.
40.



FESTUM S. MATTHÆI Ap.

THESES I. *Vidit hominem seden. Telonium.*
tem in telonio. Matth. 9. v. 9. Ex
Telonario facere Apostolum videtur
paradoxum: multò majus, ex Aposto-
lo facere Telonarium, utrumque præ-
stítit Christus in Matthæo, faciendo
ex Telonario Mundi Apostolum, &
Telonarium Dei,

THESES II. *Matthæum nomine. Laus.*
March. 9. v. 9. S. Matthæus fuit I.
Apostolus, II. Evangelista, III.
Martyr. *Graſsez in diano Sanctorum*
hoc festo.

THESES III. *Matthæum nomine. Laus.*
I 4 Matth.

Matth. 9. v. 9. Fuit Apostolus, Evangelista, & Martyr. I. Inter duodecim Apostolos difficillimus pro conversione, quia Publicanus. II. Inter Evangelistas primus, quia scriptit vitam Filij Hominis, scilicet Christi. III. Inter Martyres primus, qui mortuus est pro defensione Virginitatis. Durand, in Charaktere Sanctor.

Evangeliū.

THESES IV. Secundum Mattheum, Eccles. in Mts. Quatuor dantur Pseudo-Evangelia. I. Evangelium secundum Diabolum. II. Evangelium secundum Mundum. III. Evangelium secundum Carnem. IV. Evangelium secundum Haereticos. Grosser. Diarium Sanctor. Festo S. Mariae 25. April.

Divitiae.

THESES V. Sedentem in telone, Matth. 9. v. 9. Concupiscentia Divitiarum plerumque fons est Injustitiae. I. Quia homines volunt ducasere quodemumcunque modo, etiam iniurissima. II. Quia ducasendi nullum sibi praesigunt finem ac terminum, non quam dicunt: Sufficit. III. Quia brevitempore divitias conquiriere vo-

Iunct. Bourdaloue S. J. fer. 5. Hebdom.
2. Quadrages.

THEISIS VI. *Ait illi: sequere me, Gratia,*
& surgens secutus est eum. Matth. 9. v.
9. De Necessitate, Operationibus, &
Triumphis Gratiae Divinae. Vide ju-
prafatio S. Joann. Bapt. thes. 19.


THEISIS VII. *Sedentem in telonio, Divitiae,*
Matth. 9. v. 9. I. Divitiae amatæ in-
quianter. II. Possessæ onerant. III.
Amisæ cruciant. S. Bern.

THEISIS VIII. *Hominem sedentem*
in telonio. Matth. 9. v. 9. Divitias
I. Oportet acquirere sine injustitia.
II. Oportet conservare sine jactura
quietis. III. Oportet possidere sine
cupiditate. Diction. Apost.

THEISIS IX. *Sedentem in telonio,*
Matth. 9. v. 9. In omnibus Mundi
Bonis I. Nulla invenitur Satisfactio.
II. Nulla jucunda possessio. III.
Nulla Constantia.

THEISIS X. *Sequere me, Matth. Vocatio.*
9. v. 9. Vocat Deus sex modis: I.
Interior, per Inspirationem. II. Exte-
rius, per vocem.

rius, per Scripturas. III. Superiorius, per Promissiones. IV. Inferius, per Combinationes. V. Anteriorius, per Beneficia. VI. Posteriorius, per Flagella. Hugo Card. in Gen. c. 28.



FESTUM S. MICHAELIS Archangeli.

*Excellens.
via ejus.*

THESIS I. Michaël unus de Principiis ejus. Dan. 10. v. 13. S. Michael trinā eminentiā fulget : I. Supra Angelos, quorum est Superior. II. Supra Dæmones, quorum est Triumphantor. III. Supra Ecclesiam, cuius est Protector : & quidem supra Angelos in dignitatis perfectione, in Imperij auctoritate, in prælatione: supra Dæmones, quia Luciferi luxuriam spiritualem charitate vicit, superbiam humilitate superavit, invidiam dilectione triumphavit: supra Ecclesiam, utpote Protector Ecclesie Christianorum, Im-

pe-